

fortitudinem & perfectionem: piros humo-
res generat interius, id est patientiam & bo-
nami affectionem; interiora, id est, conscienc-
iam mundificat: & eam à vitiis depurat per
Confessionem: nientem etiam letificat per
Spem, & consolationē: hominem facit auda-
cem, scilicet ad pugnandum contra vitia per
bonam operationem: letum & liberalem per
pietatem, eleemosynam, & compassionem:
dolorem tribulationum facit nō sentiri, per
patientiam & lōganimitatē, tristiam etiam
id est onus desperationem tollit per Spem,
& contemplationem: augmentat etiam ca-
lorem, & humorem, id est gratiam pietatem,
& dilectionem, & ideo senibus, id est inue-
ratis peccatoribus cōuenit, quia humores de-
perditos, scilicet gratiā, & virtutes quę de-
perdite fuerant per peccatum, restituit, & re-
staurat. Præterea, quemadmodum Iustitia Ori-
ginalis extendebat effectū suum ad vires cor-
porales, habitusq; illarum, vt ad cogitatiuā,
& appetitum, & ad ipsum corpus, quod per
esum ligni vitæ præseruaretur à fatigacione
tēdio, & corruptione, vt dicit. S. Tho. I. P.
q. 97. ar. 4. cum Angustino. 13. de Ciuitate
Dei, cap. 23. præter effectū spiritualē quo